UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

14. De ætate, qualitate & ordine præficiendorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95263

Visual Library

& ſequitur Bonac. *de cenſur. diſp* 2. *q*. 3. *n*. 11. vtiliter tamen aduerto quòd hodie cùm iura permittant iudici tolerato exercere actus iuriſdictionis, niſi iuxta Conc. Conſtant. ſit denuntiatus, aut notorius clerici percuſſor, excommunicatus poteſt excommunicare in fauorem litigantis, aut alterius petentis aduerſarium excommunicari: per exceptionem tamen apponi poſſet iudici quòd ſit publicus excommunicatus, & quòd deiectus deiicere alios & excommunicare non debet.

4 In ead. gloſſ. ibi, *quòd excommunicatus confert Ordinem* Aduerte quòd non ſolùm valet Ordo collatus ab occulto excommunicato, ſed etiam recipienti Ordinis executio confertur, vt per Sanch. *de mat lib*. 5. *diſp*. 22. *n*. 35. excommunicatio enim Epiſcopi non priuat ab exercitio Ordinis vel officij donec fuerit declaratus, Rota *deciſ*. 534. *n*. 3. *cum ſeqq*. apud Farin. *p*. 1 *recent*. An autem excommunicatus Epiſcopus durante excommunicatione ſacros Ordines conferens irregularis fiat, vide Rot. *deciſ*. 60.. apud Farin. *p*. 1. *in recent*.

## *De Ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.*

## Tit. XIV.

SVper hanc rubr. ſcripſerunt Zab. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Bald. Butr. Panorm. Ioan. de Londris *in breuiario, ſanctorum Canonum, fol*. 164. *verſ*. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon*. Martin. Meſnartius *in epitome Decret. fol*. 19. Daniel Venator *in analyſi method. iuris Pontificij à pag* 69. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma huius tit*. Alex. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal*. Petr. Alphonſ. de Vaſconcel *in harmonia rubr. ſub hoc tit*. Barthol. Carthag. *in expoſit. titulorum iuris Canonici, ſub eodem*, nouiſſimè Ioan. Honor. *lib*. 1. *ſumma in Decretal. ſub eod.*

De materia huius tit. agunt Guillelm. Durand. *in ſpeculo iuris, lib*. 4. *ſub hoc tit*. Guttier. *can. lib*. 1. *c*. 26. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p*. 2. *alleg*. 11. *&* 16 *& p*. 3 *alleg*. 60. *n*. 64. *cum ſeqq*. Nic. Garc. *de benef. p*. 7. *c*. 4. *de ætate beneficiandorum*, Nau. *tom*. 1. *conſil. ſub hoc tit*. 19. *habet conſilia*, & Sayr. *in floribus dec. ſub eodem tit. decem ponit deciſiones.*

*SVMMARIVM.*

1 *Prælatus ſi ex aliqua iuſta cauſa ad ſacros Ordines promoueri non poteſt, Prælaturam debet amittere.*
3 *Abbatis dignitas quanta ſit, remiſſiuè.*
4 *Decani officium, & dignitas quanta, remiſſiuè.*
5 *Præpoſitus quis dicatur, oſtenditur.*
6 *Abbates dicuntur Prælati.*

## Cap. Vt Abbates. I.

## *Conc. Pictauien.*

1 ABbates, Decani, Præpoſiti, & Archipreſbyteri fieri debent Sacerdotes, Archidiaconi verò fiant Diaconi, & ſi nequeant fieri etiam iuſta cauſa prohibente amittant prælaturam. Collige ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Anch. Hoſt. Innoc. Butr. Panorm. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag*. 295. Alagon. *in compend. iur. Canon. pag*. 104. remiſſiuè Ximen. *in concord. p*. 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect*. 1. *Decret. lib*. 1. *tit*. 8. *cap* 1.

De materia huius text. vide Azor. *inſt. mor. p*. 2. *lib*. 6 2
*c*. 8 *q*. 11. & faciunt text. *in c. cùm in cunctis, §. inferiora, ſup. de elect. & in clem. Vt ij qui hoc eod. tit. &* Conc. Trid. *ſeſſ*. 22. *de reform. c*. 4.

*Abbates*. ] Abbatis dignitas quanta ſit oſtendit 3
Azor. *inſtit. moral. p*. 2. *lib*. 3. *c*. 17. Galganet. *de iure publ. lib*. 3. *titul*. 38. me citato *in hoc loco* nouiſſimè Hoſtienſ. Roder. *in compendio quæſt. Regularium reſ*. 1. *num*. 17.

*Decani*. ] De cuius officio & dignitate agunt Fla- 4
min. *de reſign. lib*. 1. *q* 1. *n*. 86. Hieron. Roman. *lib*. 3. *de Republ. Chriſtiana, c*. 10 *in princ*. Azor. *d. l* 3. *c*. 17. quos refero ego ipſe *de officio, & poteſt. Eipſc. p*. 1. *tit*. 3. *c*. 3. *num*. 7.

*Præpoſiti*.] Præpoſitus dicitur habens in Eccleſia di- 5
gnitatem, quæ eſt interdum maior poſt Pontificalem, vt per Rebuff. *in com ad l*. 124 *ff de verb ſign. verſ præpoſitus etiam dicitur, pag*. 478 Galganet. *d. l*. 3. *tit*. 39 Illuſtr. D meum Rodericum à Cunha *in com ad c. ſanctorum* 2. *n*. 24. *diſt*. 70. Azor *p. lib*. 5 *c*. 18. *q*. 1. aduertens in Eccleſiis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ Præpoſitum perſonatum, ac dignitatem habere, & alicubi iuriſdictionem, & curam animarum, eo quod toti Canonicorum Collegio præſit.

*Prælationes admittant* ]Notatur ad hoc quòd Abbates 6
dicuntur Prælati, vt per Azeued *l*. 4. *n*. 7. *tit*. 10. *lib*. 9. *totæ recop*. & alios per me citatos *de appel. verb. ſign. appel*. 214. *n*....

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia diſpenſatiuè minori conceſſa non per laicos, ſed per clericos regi debet, donec ille perueniat ad ætatem.*
2 *Declaratur text in præſenti.*
3 *Verba*, viribus carere decernas, *denotant totalem priuationem.*
4 *Beneficia ſimplicia attento iure antiquo poterat maior ſeptennio obtinere.*
5 *Beneficium Eccleſiaſticum attento iure Conc. Trid. nullus poteſt obtinere ante* 14. *annum.*
6 *Papa poteſt infanti beneficium ſimplex conferre.*
7 *Beneficij fundatione quando ſtatutum eſt, vt illud etiam minor* 14 *annorum adipiſcatur illi conferri poteſt.*
8 *Canonicus non habet vocem in Capitulo, niſi in ſacris ſaltem Subdiaconatus Ordine ſit conſtitutus.*
9 *Minor* 14. *annorum non habet adminiſtrationem Eccleſiæ, nec bonorum ſine decreto Superioris.*
10 *Minor qui veniam ætatis impetrauit, non poteſt bona immobilia alienare.*

## Cap. Ex ratione. II. *Alex. III.*

ECcleſia quando ex diſpenſatione conceditur pue- 1
ro, vel minori, eſt regenda per clericos, non per laicos, donec ad ætatem peruenerit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Hoſt. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imola, Henric. Panorm. Butr. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag*. 295. Alagona *in compend. iuris Canon. pag*. 104. remiſſiuè Ximen.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Ximen. *in concord p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 8. *c.* 3. & eſt poſt Conc. Later. ſub Alex. III. *p.* 2. *c.* 1.

Ex hoc text. iuncta gloſſ. *Verbo Eccleſias, & vlt* colligitur poſſe Epiſcopum diſpenſare cum pueris infra decennium vt Eccleſias, ſeu Prælaturas obtineant, contra ea, quæ reſoluunt Selu. *de benef. p.* 2. *q.* 3. *n.* 32. Corraſ. *de Sacerd. p.* 3. *c.* 3. *n.* 2. Trot. *de vero, & perfecto Clerico lib.* 2. *c.* 18. *n.* 2. vnde multi huius text. deciſionem ad ſummi Pont. diſpenſationem referunt, vt præſupponere videtur Nau. *in c. ſi quando except.* 19. *n.* 2. *ſupra de reſcript.* Sed apertè loquuntur contra literam huius textus, qui planè agit de facto ſolius Epiſcopi, neque in eo verbum vllum de Papa reperitur. Quare Archid. quem refert, & ſequitur Franch. *in c.* 1. *n.* 4. *hoc tit. lib.* 6. diſtinguitur an diſpenſatio ab Epiſcopo concedatur ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ, & licitam putat, & procedere text. in præſenti cum ſimilibus. Aut verò diſpenſatio fit propter prærogatinam meritorum, & intuitu perſonæ, cum qua diſpenſatur; idque rectè Epiſcopis denegari videtur in caſu ſpeciali, de quo *in d. c* 1. quem text. expendunt ibi, liberè diſpenſare, quaſi ſpecialitas in eo conſiſtat, vt liberè & ſine vlla cauſa Epiſcopo eo caſu permittatur diſpenſandi poteſtas; ſed non conuenit verbis huius text. dum factum Epiſcopi reprehendit, & deinde quia minimè dici poteſt poſſe vnquam dari iuſtam cauſam vtilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, vt beneficium curatum conferatur pueris infra decennium, de quibus agit text. in præſenti; & tamen quia verius eſt verba illa, liberè diſpenſare, non excludere iuſtam cauſam, quæ ſemper neceſſaria eſt, vbi inferiori diſpenſatio permittitur, ex doctrina gloſſ. *verbo pleriſque, ante fin. in c. requiritis* 1. *quæſt.* 7. Emman. Sà *in aphoriſ. verbo diſpenſatio n* 3. Aduerte igitur in hoc text. non reprobare Pontificem factum Epiſcopi, ſed potius reprehendere, patet ibi, *Epiſcopum ſuper his corripias*, & ibi, *Eidem Epiſcopo prohibeas ne de cætero Eccleſias niſi perſonis, quæ ætatem, & ſcientiam habeant.* Quod ſi quærat aliquis, quare Pontifex non iubeat pueros amouere, ſed remotis laicis iubeat committere adminiſtrationes Clericis idoneis donec pueri veniant ad ætatem legitimam. Reſpondebitur iure Decretalium validas fuiſſe collationes, & prouiſiones beneficiorum ante ætatem legitimam, nullitatíſque pœnam præſcriptam fuiſſe iure nouo Sixti per *c. licet canon. de elect. lib.* 6. vt colligitur ex verbo, *decernentes*, & verbo, *de cætero*, iunctis reſolutis per gloſſ. ibi, Et quæ Doctores tradunt *in cap. vltim. de ſponſa duorum*, atque ita text. in præſenti ſolùm concludit valuiſſe collationem, non potuiſſe tamen Epiſcopum licitè facere & diſpenſare, confirmatúrque ex vltimis verbis text. immediatè ſequentis ibi, quod inde feceritis irritabimus. A Papa igitur oportet hanc petere diſpenſationem, notant præcitati; quibus adde Nau. *in man. c.* 25. *n.* 116. explicat latè Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſ. ratione ætatis à princ.* Mandoſ. *ad reg. Cancel.* 118. An autem ſic diſpenſatus ratione ætatis habeat liberam adminiſtrationem rerum ad beneficium pertinentium per ſe, & ſine curatore, vide text. *in c. de iud. lib.* 6. vbi latè Gom. *n.* 9. *&* 26. Octau. *de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 28. Et an minor diſpenſatus ſuper ætate ad obtinendum canonicatum in Cathedrali poſſit eligi in iudicem Synodalem, vide Ioann. Anton. Maſſabor. *de Synodo Epiſcopi cap.* 4. *dub.* 11. vbi reſoluit negatiuè.

2 *Donec prædicti pueri*, &c. ] Diſpenſauit igitur ſaltem tacitè Papa vt pueri tenerent dignitates, quas iam malè poſſidebant, ſed non vt admiſtrarent eas per ſe, ſed per alios, & in hoc non contrariatur text. *in c. ſequenti*, ita Nau. *in c. ſi quando except.* 19. *n.* 2. *ſup. de reſcript.* Quæ ætas attento iure nouiori hodie requiratur ad dignitates obtinendas, dixi *ad c. cùm in cunctis, §. inferiora, ſup. de elect.*

*Viribus carere decernas.* ] Denotant hæc verba tota- 3
lem priuationem, vt per Sayr. *in claui Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 26.

In gloſſ. *Eccleſia*, ibi, *beneficia etiam ſimplicia in tali* 4
*ætate conſtitutis licitè conferuntur.* Notatur ad hoc quod de iure antiquo ad beneficia ſimplicia requirebatur quod quis eſſet maior ſeptennio, ſaltem quando non ſonant in nomen Rectoriæ, nec conſilij maturitatem requirunt, vt per Lambertin. *de iurepatron lib.* 2. *part.* 1. *art.* 26. *q.* 7. *princ. n.* 5. Albert. Trot. *de vero, & perfecto clerico, lib.* 2. *c.* 18. *n.* 2. *&* 40. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 7. Guttier. *canon. lib.* 1. *c.* 26. *n.* 2. Rebuff. *de pacificis poſſeſſ. n.* 175. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 5. *quæſt.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. *n.* 49. Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *cap.* 4. *n.* 4. *cum ſeqq.*

Hodie attenta diſpoſitione Conc. Trident. *ſeſſ.* 23. 5
*de reform. c.* 6. nullus ante decimum quartum annum beneficium Eccleſiaſticum poteſt obtinere, Guttier. *d. cap.* 26. *num.* 33. Henriq. *d. §.* 1. Gregor. Lopez *l.* 3. *verbo, quatorze años tit.* 16. *part.* 1. Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.* 1. *de ſacram. Ordinis, cap.* 7. *verſ. de la prima, & part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 1. *concluſ.* 7. *propè finem*, Flamin. *de reſignat. lib.* 3. *q.* 7. *num.* 65. *& lib.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 7. *& q.* 11. *num.* 13. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 523. *num.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 166. *in fin.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 860. *& in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.* 362. *& deciſ.* 385. *in* 1. *edit, & reſolut.* 331. *&* 325. *numero* 3. *in* 2. *edit.* Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 2. Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 20. *n.* 109. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 8. Campan. *in diuerſorio Iuris Canon. rubr.* 7. *c.* 6. *n.* 2. Et cenſuit ſacra Congregatio prædictam Conc. Trident. diſpoſitionem non prohibere quin ille; qui iam quartum decimum annum ſuæ ætatis attigit, licèt nondum expleuerit, poſſit beneficium ſimplex obtinere, referunt Henriq. *d. cap.* 10. *§.* 2. Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verbo. beneficium* 4. Ceuall. *d. q.* 523. *n.* 4. *& q.* 593. *num.* 18. Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 1. *tit.* 20. *l.* 1. *de ætate, num.* 5. Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 860. *verſ. limita ſecundo, & reſ.* 325. *num.* 3. *ver. nihilominus*, Azor. *d. c.* 5. *q.* 7. *in fin.* Tuſch. *tom.* 3. *lit. E concl.* 338. *n.* 16. Gonzal. *d. gloſ.* 5. *in princ. n.* 90. Campan. *d. c.* 6. *n.* 2. *in fin.* Thom. Valaſc. *allegat. iuris, tom.* 1. *alleg.* 8.

Limita ſtante diſpenſatione Sum. Pont. qui poteſt 6
infanti beneficium ſimplex conferre, Flam. *d. q.* 7. *n.* 66. Azor. *d. c.* 5. *q.* 8. *verſ. ſed quæret aliquis*, Thom. Valaſc. *d. alleg. n.* 10. Vel quando in fundatore beneficij ſtatu- 7
tum ſit, vt illud etiam minor 14. annorum valeat adipiſci, Gonzal. *d. gloſſ.* 5. *num.* 91. Aloyſ. Ricciul. *d. collect.* 860. *verſ. nunc limita & primò*, Campan. *d. c.* 6. *n.* 2. *in fin.* Rota apud Farin. *deciſ.* 194. *tom.* 1. *part.* 2. *recent.*

In gloſſ. *Ad congruam*, ibi, *Sed pone quod Epiſcopus* 8
*aliquem maiorem facit Archidiaconum, habebit iſte vocem in Capitulo?* Huiuſmodi tamen Archidiaconus, aliúſve Canonicus, etiamſi maior, & mentis compos ſit non habet vocem in Capitulo, niſi in ſacris ſaltem Subdiaconatus Ordine conſtitutus ſit, vt probant text. *in Clem.* 2. *de ætate, & qual.* Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *de reform. c.* 4. & plures Doctores per me citati *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 1. *tit.* 1. *c.* 3. *n.* 21.

In gloſſ. *Ætatem, fin.* ibi, *Quod tamen non eſt verum.* 9
Notatur ad hoc quod minor 14. annorum non habet adminiſtrationem Eccleſiæ, nec bonorum ſine decreto Superioris, vt per Flamin. *de reſign. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 91.

10 In ead.gloſſ.ibi, *Quia licèt quis veniam ætatis impetret, non tamen poteſt alienare ſine decreto.* ] Notatur ad hoc quod minor qui veniam ætatis impetrauit, non poteſt bona immobilia alienare, *l.1.& 2.C.de his, qui veniam ætatis impetr.* Cald.Pereira *in l.ſi curatorem, verb. contract. n.21. & verb. vel aduerſarij dolo, n.66.* Morla *in empor.iuris, p.1.tit.5.in prælud.n.68.* Mendez à Caſtro *in l.cum oportet, n.121.C.de bonis, quæ liberis,* Molina *de iuſtitia, tr.2.diſp.224.verſ.iudicis,* Don. Garc. Maſtril. *Siciliæ deciſ.13.n.24.*

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſiæ regimen minori quatuordecim annorum committi non debet.*
2 *Dignitates in Cathedralibus quam ætatem requirant, oſtenditur.*
3 *Epiſcopalis dignitas liberat à patria poteſtate.*
4 *Ordo ſacer an liberet à patria poteſtate, oſtenditur.*

## Cap. Indecorum. III.

1 PErſonatus Eccleſiæ nemini intra decimumquartum annum conſtituto concedendus eſt, eligendi enim præeminere debent diſcretione, & morum honeſtate. Si quis contrarie præſumpſerit, irritabitur factum, & punietur inobedientia. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar.Collect.Ioan.Andr.Bellam.Innoc. Anch. Imola, Henric.Boich.Hoſt.Butr.Panorm.Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif.pag.296.* Alagona *in compendio iuris Canon.pag.104.* remiſſiuè Caſal.*in annot* & Ximen. *in concord p.1.& 2.*refertur ab Ant.Aug.*collect.1. Decret.lib.1. tit.8.c.4.*& eſt poſt Conc.Later.ſub Alexand.III.*p.25. cap.2.*

2 *Intra annum quartumdecimum*, &c. ] Hodie ad dignitates in Cathedralibus Epiſcopatu inferiores, quibus nulla ineſt animarum cura, aut ex conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio, adſciſci ſine dubio poſſunt minores 25. annis, dummodo non minores viginti duobus; ſi verò curam animarum habeat, 25.iam cœptus annus requiritur, Conc.Trid.*ſeſſ.24.de reform.c.12.*Ego ipſe *de offic.& poteſt.Epiſ.p.3.alleg.60.n.65.* vbi *n.66.*cum Nic.Garc. Mandoſ. & aliis teneo prædictos 22. annos debere eſſe completos, & *n.67.* an diſpoſitio Concil. Trid. de loco procedat in dignitatibus Collegiatarum Eccleſiarum.

3 In gloſſ. *Se ipſos*, ibi, *Qui enim in Prælatum eligitur, etſi minor ſit, non debet eſſe ſub patris poteſtate.*Notatur ad hoc quod Epiſcopalis dignitas liberat à patria poteſtate, vt per Cott.*in memor.ab verb.Epiſcopalis dignitas,* Pinel.*in l.1.p.1.n.42.C.de bon.mat.*Guttier.*in rep.§.ſui n.10.& ſeq.Inſt.de hæredum qualit.& differ.*Greg.*l.65.tit.5.p.1.* Molina *de iuſtitia, tract.2. diſp. 229. verſ.6.* Ioan. Garc. *reg.198.in princ.*Rebel. *de obligat.inſt p.2.lib.1.q.8.n.60. verſ.octauo*, Modern.*de iuriſd p.4.cent.1.caſu 27.n.4.*

4 In ead.gloſſ.ibi, *Sacer Ordo liberat à patria poteſtate.* Notatur ad hoc quod per ſacrum Ordinem ſoluitur patria poteſtas, vt per Mier. *de maioratu, p.4. limit. 1. q.1.n.5.*Spin.*in ſpeculo teſt.gloſſ.4. rubr.n.21.* Modern. *de caſ.27.n.5.* Contrarium tamen, imo per ſacrum Ordinem filium non liberari à patria poteſtate, vti verius tenent Ferdin. Paez. *de excuſandis parentibus ob numerum liberorum, n.72.*Guttier.*d.§.ſui, n.8.*Cald.Pereira *in l.ſi curatorem, verbo, læſis, n.130.*Perez *l.1.gloſſ.1 pag.65. col.2.ad fin.tit.3.lib.1.Ord.*Azeued.*l.8.n.12.tit.1.l.5 nouæ recop.*Valaſc.*conſult.108.n.6.cum ſeqq.*Molina *d.diſp.229. verſ.ſextus,in med.*Rebel.*d.q.8.n.60.verſ.ſed quid,*Sanch. *in Decalogum, lib.4.c.33.n.37.* Diſtingue primam opinionem procedere quoad ſpiritualia, ſecundam verò quoad temporalia, Ioan.Garc.*d.reg.198.n.5.*Guttier.*de tutelis, lib.3.c.32.n.5.*

*SVMMARIVM.*

1 *Indignus ſcientia, moribus, & ætate ad regimen Eccleſiarum inſtitui non debet. Et qui habet duas Eccleſias alteram dimittere cogitur, niſi cauſa ſubſit.*
2 *Curæ animarum vbi ſit mentio ſemper intelligitur de cura actuali, non habituali.*
3 *Verba ſunt accipienda in propria ſignificatione.*
5 *Lex poſterior nunquam cenſetur reuocare primam, niſi de prima faciat expreſſam mentionem.*
6 *Beneficia duo habenti datur optio retinendi quod maluerit, quando vtrumque eidem confertur eodem tempore.*
7 *Beneficiorum pluralitas tolerari poteſt propter ipſorum tenuitatem.*
8 *Beneficium ſufficiens vt dicatur ex perſonæ qualitate, & locorum diuerſitate vnuſquiſque ſibi iudex erit.*

## Cap. Eam te. IV.

AD regimen Eccleſiarum non eſt inſtituendus niſi qui ſcientia, moribus, & ætate polleat, iuxta Conc. Later.etiam obtentu literarum Apoſt. Item habens plures Eccleſias, quæ ex vna non pendeant, eas dimittat, & vnam retineat quam maluerit, niſi ſint adeò tenues, vt proprios Sacerdotes non poſſint conuenienter ſuſtentare. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Zabar. Collect.Bellam.Hoſt. Ioan.Andr. Imol. Panorm. Butr. Viu. *in ration primi libri iuris Pontif.pag.296.* Alagon.*in compend iuris Can. pag.105.* remiſſiuè Ximen. *in concord.p.1* refertur ab Ant. Aug.*collect.1. Decret. lib.1. tit.8.c.5.* 1

*Ad curam animarum*, &c]Intellige de actuali, nam vbi de cura animarum fit mentio, ſemper intelligitur de cura actuali, & non habituali, Capra *com.concl.90. n.78.*Rot.*in Vicen.Prioratus 2. Mart. 1622.* coram Illuſtriſſ.Patriarch.Manzanedo, nam verba ſunt accipienda in propria ſignificatione, *l.non aliter, ff.de legatis 3.* cùm citatis à Moneta *de diſtribut. quotid.p.2.q.11.n.10.*& Card.Tuſch.*tom.8.lit.5.concl.101.* 2 3

*Quæ ſcientia, moribus, & ætate Concil.* &c.] Vide per me dicta *de offic.& poteſt.Epiſ.p.3.alleg.61.n.80.cum ſeq.* 4

*Non congruant inſtitutis.* ] Notatur ad hoc quod lex poſterior nunquam cenſetur reuocare primam, niſi de prima faciat expreſſam mentionem, vt per Spin. *in ſpeculo teſtam.gloſſ.30.princ.n.18.* 5

*Habentes plures Eccleſias*, &c. ] Aduerte hunc text. dum probat habenti duo beneficia curata dari optionem retinendi quod maluerit, intelligendum eſſe ne pugnet cum *c.de multa, de præbend.* quando vtrumque beneficium eidem confertur eodem tempore, neque conſtat quod primum ſit, & quod ſecundum, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. n.309.verſ.nota ſecundo.* 6

*Niſi ita fuerint tenues.* ] Notatur ad hoc quod poteſt tolerari pluralitas beneficiorum propter tenuitatem ipſorum, vt per Zerol.*in praxi Epiſc.p.1.verbo, beneficia, pag.50.verſ.ſecundo.* 7

*Quæ proprios Sacerdotes non poſſint conuenienter alere.*] Aduerte quod vt dicetur beneficium ſufficiens ex perſonæ qualitate, & locorum diuerſitate, vnuſquiſque ſibi iudex erit, vide Gomez.*de expectat. num. 107.* Flamin.*de reſignat.lib.5.quæſt.6.n.131.cum ſeq.* Proſper. de Auguſt. *in addit. ad Quarantam in ſumma Bullarij,* 8

verbo,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*verbo, benef.reſign.verſ.octaua cauſa*, Azor.*inſt.mor.p.2.l.6.c.*10.*q.*8.*&* 9. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*15.*n.*39. Valer.Regin.*d.tract.*3.*n.*285.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſtitutus in minoribus Ordinibus, ſi aliàs eſt idoneus, ad regimen Parochialis Eccleſiæ diſpenſatiuè poteſt aſſumi.*

2 *Epiſcopo an aliquando permiſſum fuerit beneficium curæ animarum coniunctum clerico* 14. *annorum concedere, oſtenditur.*

## Cap. Præterea. V.

1 AD regimen Parochialis Eccleſiæ non eſt quis eligendus niſi ſit Subdiaconus, diſpenſatiuè tamen poteſt eligi in minoribus Ordinibus conſtitutus, dummodo talis ſit, qui infra breue tempus ordinari poſſit in Preſbyterum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar.Collect.Hoſt.Anchar.Bellam.Ioan.Andr. Innoc. Imol.Butr.Panor.Viu.*in ration.primi libri iur.Pontif.pag.*298.Alagona *in compend.iur. Canon. pag.*105. remiſſiuè Ximen.*in concord.p.*1.*&* 2.refertur ab Ant.Aug.*collect.*1.*Decret.lib* 1.*tit.* 8.*c* 6.

2 Per hunc text. Epiſcopo permiſſum eſſe iure communi antiquo beneficium curæ animarum coniunctum concedere clerico 14. annum agenti tenuere Archid. Ioan.Monach.Innoc. Hoſt.vt ait Ioan. Andr.*in c.* 1. *hoc tit.lib.*6.quem refert Azor.*inſt.mor.p.*2.*lib* 6.*c* 6 *q* 9.*verſ. ceterùm.* Sed conſtans eſt cæterorum omnium opinio, quos refert & ſequitur idem Azor.*citato loco*, id Epiſcopo non licere facere, quoniam *in c. cùm in cunctis, §.inferiora, ſup.de elect.* Alex. III.Concil. Lateran.conſtituit in huiuſmodi beneficiariis annum vigeſimum quintum requiri, in cuius Concilij generalis lege non poteſt Epiſcopus diſpenſare.Ego ipſe, multis ad id citatis Doctoribus,*de offic.& poteſt.Epiſ.p.*2.*alleg.*33.*n.*25. Nihil enim probat pro Arch. & aliis poſt eum citatis text.in præſenti, quoniam hic poſtquam dicitur quod clerici minoribus Ordinibus initiati Epiſcopi conceſſu poſſint ad Eccleſiam parochialem promoueri, ſtatim ſubiungitur: dummodo tales ſint, vt ad breue tempus Preſbyteri fieri queant.Et quamvis quantum tempus illud debeat eſſe hîc non exprimatur, & gloſſa exprimere nitatur, tamen *in c.licet, de elect.in* 6.declaratum eſt quantum eſſe poſſit huiuſmodi tempus,eſt enim ibi definitum, vt qui ad Eccleſiam parochialem promouetur Sacerdos fiat ad annum ab eo tempore, quo beneficij poſſeſſionem adeptus eſt, computandum.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici propter neceſſitatem & vtilitatem Eccleſiæ vbi habent beneficia compelluntur recipere Ordines illis non annexos.*

2 *Ordines ſuſcipere qui obligentur, remiſſiuè.*

3 *Beneficium licet ſimplex accipiens debet habere animum virtualem ſaltem accipiendi Ordines ſacros.*

## Cap. Quæris à nobis. VI.

1 CLerici habentes beneficia ſi nolint promoueri ad ſacros Ordines, dicentes ſe propter occulta peccata promoueri non poſſe, imo ſi impediti ad ſacros Ordines recipiendos non ſint admodum vtiles in aliis Eccleſiæ exercitiis, auferri debent ab iis beneficia, & aliis canonicè conferri. Qui verò non ſunt impediti, & idonei ſunt, compelli poſſunt ad Ordines ſacros recipiendos per amiſſionem locorum, & beneficiorum omni appellatione poſtpoſita.Colligunt ex Ord.Abb.antiq.Zabar.Collect. Anch. Bellam.Ioan. Andr.Imol.Henric. Hoſt. Innoc.Butr. Panorm. Viu.*in ration.primi libri iur. Pont.pag.*298. Alagona *in compend. iuris Canon.pag.*105. remiſſiuè Ximen.*in concord.p.*1.refertur ab Ant.Aug.*collect.*4.*Decret.lib.*1.*tit.*8.*c.*4.

2 *Nolunt ad maiores Ordines promoueri.*] De obligatione ſuſcipiendi Ordines agunt Fr.Emman.*in ſum. tom.*1. *c.*30.*à n.*4.Sanch.*de matr.l.*7.*diſp.*45.*n* 14.*cum ſeqq.* latè Nic.Garc.*de benef.p.*3.*c.*4.*per tot.* Guttier. *can. lib.*1.*c.*5. *à n* 24.& dicam *ad c.commiſſa, § cæterùm de elect.lib.*6.

3 In gloſſ. *Vtilitas.*] Notatur ad hoc quod omnis qui accipit beneficium, quamvis ſit ſimplex, debet habere animum actualem, vel virtualem ſaltem diſiunctiuè accipiendi Ordines ſacros, ſi neceſſitas Eccleſiæ illud exegerit, vel renuntiandi, aut dimittendi beneficium ratione cuius iuberetur ordinari, vt per Nau. *miſcel.*44 *in fine de Oratione in noua edit. & conſ.*1.*in fin. ſub tit.de præbend.in vtraque edit.* quem refert, & ſequitur Sanch.*d.diſp* 45.*n* 18.

*SVMMARIVM.*

1 *Medicus peritus, ſollicitus, & traditiones artis obſeruans non impeditur promoueri propter euentum mortalitatis infirmi.*

2 *Medici imperiti damna, remiſſiuè.*

3 *Medicinæ præſtantia, & dignitas remiſſiuè.*

4 *Irregularis quando ſit exercens artem Medicinæ, vel Chirurgiæ, remiſſiuè.*

5 *Medici beatiores ſunt quoad ſæculum, quàm Aduocati, quia eorum errores cooperit terra.*

6 *Medicus tenetur pauperem gratis curare.*

7 *Aduocatus tenetur pro miſerabilibus perſonis patrocinium ſuſcipere.*

8 *Medicus ſalariatus de publico non debet petere præmium ab infirmis.*

9 *Medicus de publico ſtipendiatus fit irregularis ſi ex omiſſione curandi pereat infirmus.*

## Cap. Ad aures. VII. *Clem. III.*

1 MEdicus peritus, & ſollicitus & traditiones artis obſeruans propter euentum mortalitatis infirmi non impeditur ad ſacros Ordines promoueri, tenetur tamen recedere ſi ipſum conſcientia remordeat. Colligunt ex Ord.Abb.antiq.Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Henric. Innoc. Imol.Anan. Panorm.Hoſt.Butr. Anch. Cened.*coll.*163. Viu.*in ration. primi libri iur.Pont. pag.*299.Alagona *in compend.Iuris Canon.pag.*105.remiſſiuè Ximen.*in concord.p.*1.refertur ab Ant.Aug.*collect.*2. *Decret.lib.*1 *tit.*8.*c.*2.

2 *Cùm in arte phyſica eruditus ſis.*]De medico imperito vide Clar.*lib.*5.*§ homicidium, n.*17.Ant.Gom.*tom.*3.*var. c.*3 *n* 16.Greg.*l* 6.*tit.*8.*p.*7.Cened.*ad Decret. collect.*163. *n.*11. 3 De medicinæ verò præſtantia, atque dignitate, vide Tiraquel. *de nobilit. c.*31.*n.*81. *cum ſeqq* Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 11 *conſid.*48. Ioan. Garc.*de nobilit. gloſſ.* 48.§.4.*num.*12 & alios, quos ego ipſe refero *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 91. *num.*5. *cum ſeqq.*

4 *Ad maiores Ordines, de noſtro conſilio non aſcendas.*] Quando exercens autem Medicinæ, vel Chirurgiæ ſit irregularis, & an poſſit promoueri ad ſacros Ordines,

vide Cou. *in Clem ſi furioſus, p.2.§.4.n.3.* Aluar.Pelag. *de planctu Eccleſiæ, lib.1.c.48.ex col.3.* Felic. *de cenſur.tit. de irregul. c. de ſpecie irregular. quæ contrahitur ægrotos curando*, Cened.163. *in princ.* quibus adde Nau. *conſ.3. qui clerici, vel monachi, in vtraque addit.* Sayr. *in floribus deciſionum, ſub eod.tit. dec 3.* Zerol. *in praxi Epiſc.p.2.verbo, Medicus*, Molina *de iuſtit.tract.3. diſp.75.n.1.verſ. prior.*

5 *Mortis periculum incurrerunt.* ] Ideo Azeued. *l 6.n 3. tit.16.lib.2. nouæ recop.pag. mihi* 185. inter Aduocatos & Medicos quoad ſæculum differentiam conſtituens, hos beatiores reputat, quia eorum errores cooperit terra.

6 In gloſſ. *Remordeat*, ibi, *an Medicus teneatur infirmum pauperem*, &c. ] Notatur ad hoc quod Medicus pauperem tenetur gratis curare, vt per Cornel. Benicaſ. *de priuileg.paupertatis 1 ſpec.in iud à n.15.* Petr. Plac. *de delictis c.26.n.4.verſ. ægrotos tamen pauperes*, Mandoſ. *in praxi tit. de ingrat. c.*101. *verſ pauperes infirmos*, Roland. *conſ.87.ex n.38.vol.2.* Cened. *d.collect.163.n 2.* Tiraq. *de nobilit. c.29. à n.44.* vbi *n. 46.* refert Virginem
7 Mariam in ſomniis apparuiſſe Patri Marſilij Ficini Medico, monuiſséque eum vt artis munera egentibus gratis, abundéque largiretur. Sic etiam Aduocatus tenetur pro miſerabilibus perſonis patrocinium ſuſcipere, & à pauperibus ſalarium non petere, aliàs peccabit, Tiraq. *d.c.29.n.29.* Cou. *pract.c.6.n.4.* Cornel.Benincaſ. *d.loco, n.10* Azeued. *l.16. tit.16.lib.2. nouæ recop.* Mench. *illuſtr c.41.n.3.* Camil.Borel. *in ſum.deciſ. tit.65. n.38.* cum aliis citatis per me *d tract. de offic. & poteſt.*
8 *Epiſc.p.3.alleg 79.n.33* Medicus aſſalariatus de publico (qui non debet recedere de Ciuitate abſque licentia Priorum, Auiles *ad c.54. Prætorum, in gloſſ. partiere, n.4.*) ea ſub conditione ne quid ab ægrotis recipiat, non debet petere præmium ab infirmis, nec illud recipere ab eis ſponte dantibus, vt per Auil. *ad c. 1. Prætorum, in gloſſ. nil leuaran. n 8.* Azened. *l.8. n.2. tit. 6 lib.3. nouæ recopil.* poteſt tamen poſt reſtitutam ſanitatem ab infirmo ſponte oblata ſuſcipere, Altamiran. *de viſitat. in verbo, etiam qualitercunque, num.* 24. Matienſ. *in dialogis relatoris, cap. 25. num.2.*

9 In ead. gloſſ. ibi, *Si fortè imperitè medicinam dediſſet infirmis.* Notari poteſt ad hoc quod Medicus de publico ſtipendiatus (qui dicitur Curiæ adſtrictus) fit irregularis, ſi ex omiſſione curandi pereat infirmus. Henriq. *in ſum.lib.14.de irregul.c.12.§.7.in medio.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Beneficio, quod quis prius habebat, & quod interim acquiſiuit, priuatur perſiſtens per annum in ſuſpenſione.*

2 *Excommunicatus vltra annum in ea excommunicatione perſeuerans poteſt beneficiis priuari.*

3 *Excommunicatus ob cauſam ciuilem perſeuerans in excommunicatione vltra annum an beneficiis ſit priuandus, oſtenditur.*

4 *Iudex quod temporis ſpatium expectare debeat excommunicatum lapſo anno antequam ad declaratoriam, vel priuationem beneficiorum procedat, oſtenditur.*

5 *Inſordeſcentia in excommunicatione, vt contracta dicatur ad effectum priuationis beneficiorum, requiritur perſeuerantia cum animi pertinatia in contemptum Clauium.*

6 *Suſpenſus eligere non poteſt, nec eligi.*

7 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt quis poſt abſolutionem retineat beneficium quod ſibi fuit collatum tempore excommunicationis.*

## CAP. Cùm bonæ memoriæ. VIII.

BEneficiis, quæ priùs habebant, & quæ poſtea ac- 1
quiſierunt, priuantur, qui per triennium cum pertinacia, & contemptu ſteterunt in ſuſpenſione. Colligunt ex Ord.Abb. antiq.Zabar. Collect.Bellam.Ioan. Andr.Henric.Anchar.Anan.Hoſt.Innoc. Panorm.Butr. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontificij, pag.* 299. Alagona *in compendio iuris Canon.pag.*106. remiſſiuè Ximen. *in concord.p* 1. refertur ab Ant.Aug. *collect.2.Decret. lib.1.tit.8.c.5.*

*Beneficiis, quæ habent non differat ſpoliare.* ] Notatur 2
hic text. iuncta gloſ.verbo, *ſpoliare*, ad hoc quod excommunicatus vltra annum in ea excommunicatione perſeuerans poteſt beneficiis priuari, vt per Abb. *in c. 1. de iudic. numer.25.* vbi Alciat. *num.78.* Menoch. *de arbitrar. caſu 416. num.48. & 49.* Ricc. *in tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, l.4.c.7.à n 1.* optimè Salzed. ad Bernard. *in pract.c.119. n.13. in nouiſſ.edit* qui in hæc verba, Circa cuius interpretationem (ſcilicet text. in præſenti) labitur doctiſſimus Ripa *d. c. 1. n. 77.* ſcribens quod text. ille loquitur quando Pontifex Max de plenitudine poteſtatis procedit, provt in caſu illius text. Nau. nunquam præſumendum eſt ſic Principem velle procedere, &c. Nec refragatùr conſideratio Dec. *in d.c.1. n.19. in 2. lect* à communi recedens, aſſeuerans text. illum requirere perſeuerantiam & contumaciam triennalem; nam, vt rectè reſpondit Alciat. *d.c.1.n.38.* is text. non inducit diſpoſitionem ſuper triennio, ſed ſuper temporis diuturnitate vltra annum. Vnde videmus quod ante biennium ſufficeret, vt *c. vltim. de pœnis*, qui text. etſi loquatur de laico, attamen idem in clerico iudicandum eſt, cùm vel nulla ſit differentia, vel ſi aliqua eſt, fortius clericus ligatur, cum is magis parere teneatur, vt ſcribit Turrecrem. *in c. Miſſas totas, n.1.de conſecr. diſt* 1. Nau. *in c. 1. §. ingratus, n.4. de pœnit. diſt.* 5. Hæc Salzed. *d. loco.* Vnde colligitur text. in præſenti loquentem de triennio factum narrare, quandoquidem illud idem conſtituiſſet ſi tantùm anno ſtetiſſent excommunicati, Ioan. Andr. *hîc poſt. num.* 5. Eymer. *in direct. inquiſit. p. 2. quæſt.47. poſt. num. 6.* Campan. *in diuerſorio iuris Canonici rubric. 11. c.15. num. 30. verſ. alterum, & c.16.n.17.* Ricc. *d. c.6.n.1.*

Quæ quidem aſſertio locum obtinet etiamſi ex- 3
communicatio lata fuerit ob cauſam ciuilem, nam vt ſuprà ſcripſi, pertinacia hæc vniformis eſt, nec quoad hoc inſtitutum attendi debet an procedat ex cauſa criminali, vel ciuili, ſolùm perpendi debet crimen illud ab illa contumacia & perſeuerantia proueniens. Hîc conſtat longè erraſſe Abb. *in d.c.1.n.17.* Rip. *n.77.* Rom. *ſing.302.* Ang.de Clauaſ. *in ſum.in verbo, excommun. vlt. n.17.* aſſeuerantes excommunicatos ex cauſa ciuili, & in ea perſeuerantes etiam mille annos non poſſe ſuis beneficiis priuari, quos omnes iuſtè reprobat Menoch. *ed arbitrar. indic. quæſt. lib.2. cent. 5. caſu* 416. *num.55.*

Dubitari tamen ſolet per quod temporis ſpatium 4
iudex ſpectare debeat excommunicatum lapſo anno antequam ad declarationem, vel priuationem beneficiorum procedat? circa quam controuerſiam Abb. *in d. c. 1. n.15. de iudic. verſ. fateor*, ſentire videtur per triennium expectandum eſſe, vt dicere videtur text. in præſenti. Sed Abb. non loquitur taxatiuè, provt nec taxatiuè ibi loquitur Andr. Alciat. *num.37.* quocirca totum hoc iudicis arbitrio relinquendum eſſe cenſeo,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cenſeo, ſequor in hoc doctiſſimum Iacob. Menoch. *de arbitr.iud.q.lib.2.cent.5.caſu* 416.*n*.66. Hæc Salzed.*d. loco.*

5 *Pro tanta pertinacia, & contemptu.* ] Notatur ad hoc quod vt dicatur contracta inſordeſcentia ad effectum priuationis beneficiorum, requiritur perſeuerantia cum animi pertinacia, quæ includat contemptum Clauium, Signorol. *conſ.* 33. *num.*10. *verſ. præterea,* Rota *deciſ.*132.*num.*7. *part.*1.*in recent.* Ricc.*d.lib.*4.*c.*8. *num.*3.

6 In gloſſ. *Suſpenſi*, ibi, *Suſpenſi eligere non poſſunt, nec etiam eligi.* ] Notatur ad hoc quod ſuſpenſo ab officio vel beneficio non poſſunt beneficia conferri, ſed ita illorum eſt incapax, vt prouiſio illi facta ſit nulla, vide Corraſ.*de benef.p.*4.*c.*5.*n.*22. Viuald.*in candelabro aureo, tit.de ſuſpenſione, n* 139. Lamber. *de iure patr.p.*1.*lib.*2. *q.*9.*art.*2. Vgol.*de cenſur.tab.*4. *de ſuſpenſ.c* 6.§.7.*n.*4. *&* *c.*8.§ 6.*n.*1. Flam.*de reſign.lib.*5. *q.*6.*n.*84. Azor.*inſt mor. p.*2.*lib.*5.*c.*7.*q.*2.Leſſ.*de iuſt.lib.*2.*c.*34.*n.*116. Nic.Garc. *de benef.p.*7.*c* 14.*à u.*1.

7 In gloſſ. *Poſtmodum*, ibi, *Etiamſi poſtea fuerint abſoluti.* ] Aduerte quod poteſt quis poſt abſolutionem retinere beneficium, quod ſibi fuit tempore excommunicationis collatum, ſi cum eo ab Epiſcopo fuerit diſpenſatum, *c. poſtulaſtis*, & ibi gloſſ. *Verbo, diſpenſatum, de clerico excom miniſt.* plures refert Nic. Garc.*d. p.*7.*c.*13.*n.*73.*&* 74.alios citat Ricc. *d.lib.*4.*c.*12.*à princ.* & præcipuè *n* 5. vbi *n* 6. extendit vt procedat in eodem Epiſcopo, qui contulit beneficium excommunicato ignoranter, & bona fide, & *num.*7. vt procedat etiamſi collatio non ſpectet ad Epiſcopum, ſed ad inferiorem collatorem, & *num.*9. limitat ne procedat quando collatio eſſet facta per Papam, tunc enim non poterit inferior etiam diſpenſando ſe ingerere.

*SVMMARIVM.*

1 *Subdiaconus in Epiſcopum eligi poteſt, quod an hodie procedat attenta conſtitutione Gregorij XIV. oſtenditur*, n.2.

3 *Subdiaconus Ordo olim ſacer minimè dicebatur.*

4 *Caſtitatis votum qualiter olim emittebant promouendi ad Subdiaconatus Ordinem, oſtenditur.*

---

## Cap. A multis. IX. *Innoc. III.*

1 SVbdiaconus in Epiſcopum eligi poteſt. Colligunt ex Ord.Abb.antiq.Zabar.Collect.Bellam.Ioan. Andr.Imol.Hoſt.Innoc.Henric.Panor.Butr. Anch. Viu.*in ration. primi libri iuris Pontif. pag.*300. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 106. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.*1.

2 Hanc eandem concl.ex hoc text.deſumunt Coſm. *in pragm. ſanct.tit.de elect.verbo, Ordinibus, fol.* 100. Vict. *de ſacrament.n.* 209. Azor. *inſt.mor.p.*2.*lib.*6.*c.*8.*q.*1. Attenta diſpoſitione Conc. Trid.*ſeſſ.*22.*de reform.c.*2. requiritur vt in ſacro Ordine antea ſaltem ſex menſium ſpatio conſtitutus ſit, Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.*1.*c* 3.*n.*9. Verùm nouiſſimè Bulla Gregorij XIV. incip. *Onus Apoſtolicæ ſeruitutis*, 15. *Maij* 1690. exigit in ſacris Ordinibus ſaltem ante ſex menſes initiatum eſſe, & ideo omnibus ſacris Ordinibus oportere initiatum eſſe cum plurali numero vtatur, tenet Campan. *in diuerſorio iuris Canonici, rubric.* 11 *c.*7. *num.*8.

3 *In quo Subdiaconatus Ordo Sacer minimè dicebatur,* vide Marc. Anton. Capet. *in tract.de perpetua caſtitate Sacerd. c.* 7. Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rubric.* 2. *num* 10.

*Niſi qui ſe caſtè victurum promiſerit.* ] Continentiam 4
cogebantur promouendi ad Subdiaconatus Ordinem antiquitus expreſsè polliceri, *c. nullam, c.præterea, & c.quando* 28.*diſt.* Poſtea verò ex conſtit. Martini Papæ nemo ordinandorum tenetur hanc continentiam expreſſis promittere verbis; ſed tacitè itavt ſilentium ordinati pro conſenſu reputetur, ſubdens ne promoueretur aſſeuerans ſe non velle continentiæ pollicitatione detineri, *c. Diaconus* 27. *diſt.c. Diaconi* 28. *diſt.* & ita cùm clerici ad ſacros Ordines promouentur, tacitè caſtitatem promittere cenſentur, *c quando, c.de iis, d. c. præterea* 28. *diſt.* multi, quos refert & ſequitur Carol. de Graſſis *de effectibus clerical. in prælud. num.*42. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.*2. *allegat.*15. *num.*2.

*SVMMARIVM.*

1 *Abbas ex neceſſitate poteſt diſpenſatiuè eligi quamuis fuerit in minoribus Ordinibus conſtitutus.*

2 *Abbas eſt nomen potius ſollicitudinis, quàm honoris.*

3 *Ordinator qui eſt non debet reſpicere preces carnales.*

4 *Collatio facta precibus ex carnali affectu procedentibus, aliáque humana gratia, an & quando ſimoniaca ſit, oſtenditur.*

---

## Cap. Tuam in Domino. X.

MOnachus in minoribus poteſt in Abbatem eli- 1
gi abſque eo quod aſcendat ad maiores quando alius non reperitur idoneus.Colligunt ex Ord.Abb.antiq.Zabar.Collect.Bellam.Hoſt.Ioan.Andr.Anch.Imol. Innoc.Panorm.Butr.Viu. *in ration.primi libri iuris Pont. pag.*301.Alagona *in compend.iuris Canon.pag* 106.remiſſiuè Ximen.*in concod.p.*1.*&* 2.

*Ita videlicet quod ad ſacros Ordines non aſcendat.* ] No- 2
tari ſolet ad hoc quod Abbas eſt nomen potius ſollicitudinis, quam honoris, vt per Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.c.*270.*n.*26.imo illos non habere dignitatem quidam negant aſſerentes officio quidem potiri, non verò dignitate fulgere, id deducentes ex gloſſ. *Verbo, non aſcendat, in præſenti*, quatenus tenet etiam infamia notatum poſſe in Abbatem eligi, cum qua conueniunt Ioan. Monach. *in c.inquiſitores, n.*1.*de hæret.in* 6.& Archid.*in c.fraternitatem, in med.* 71.*diſt* Cæterùm contrarium verius, & receptius eſt, vt probare videtur text. *in c. ſi quis deinceps* 16.*q* 7. quatenus decidit de manu laici Epiſcopatum, vel Abbatiam ſuſcipi non debere, & in fine dicit, ſimiliter etiam de inferioribus Eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus, ita firmat *gloſſ.vlt. in c.expoſuiſti, infr.de corpore vit.* Lap.*alleg.*84.*incip.Dominus Papa, col.pœn.n.*11. Panorm.*in c.decernimus, n.*2. *de iud.*vbi Dec.*in relect.col.*2.*n.*4.Felin.*in princ.* & Ripa *n.*3.quos refert & ſequitur Rendina *in prompt.receptarum ſent.tom.*1.*tit* 1.*n.*1. & me citato *in hoc loco* nouiſſimè Hieron. Roder. *in compendio quæſt. Regul. reſ.* 1. *num.*29.

In gloſſ. *Nullum*, ibi, *Non enim preces carnales debet* 3
*reſpicere, qui eſt ordinator.* Nam Chriſtus Dominus vt erudiret Eccleſiaſticos ſemper aſperè loquutus eſt ad conſanguineos ſuos quoties interceſſit negotium cum eis, aliquando enim dicit Marc. 10. *Neſcitis quid petatis.* Et Luc. 2. *Quid eſt quod me quærebatis.* Et Ioan. 2. *Quid mihi, & tibi mulier.* Et Marc. 3. *Quæ eſt mater mea aut fratres mei*, &c. ad eos enim, quid dixerant, ecce

mater tua, & fratres tui foris ſtant, volentes te vide-
re, & quærentes te alloqui, reſpondit: q… unque fe-
cerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe frater
meus, & ſoror mea, & mater eſt, notarunt S. Aug. in S.
Ioan. tr. 8 c 2. & lib. 21. de ciuitate Dei, c. 26. atque alij
apud Staplet. in prompt. mor. Dom. 1. poſt Epiphan grauiſſi-
mam hanc eſſe inſtructionem eorum, qui Eccleſiaſti-
cam vitam amplexi ſunt. Et contra eos, qui mediis fa-
uoribus ad prælaturas conſcendere nituntur; egregiè
Ioan. Bapt. Fin. in veſpertinis homiliis, de regulis iuris
4 Omel. 5. verſ. contra eos, pag 82. An & quando collatio
precibus ex carnali affectu procedentibus, & obſe-
quiis, aliáque humana gratia facta ſimoniaca ſit, vi-
de Innoc. hic & Abb. n. 3. Nau. in man. c. 23. n. 101. verſ. 10.
Fr. Emm. in ſum. tom. 2. c. 59 à n. 7. Leſſ. de Iuſt. lib. 2. c. 35.
dub. 10 plures citatos per Nic. Garc. de benef. p. 8. c. 1. n. 119.
& ſeq. Raph. de la Torre de Relig tom. 2. q 100. art. 5 diſp.
1. cum ſeqq.

5 In ead. gloſſ. ibi, ſimonia committitur. Vide Soar. de re-
ligione, lib. 4. de ſimonia, c. 40. n. 2. & 5. Et licitum eſſe
ſtudere ſpe promiſſionis habendæ in Eccleſia, tenuit
per hanc gloſſam Coſm. in procem. pragm Sanction. verbo,
ſpem, pag mihi 39.

In gloſſ. Non aſcendat, ibi, imo & infamis curam mo-
naſterij gerere poteſt, &c. Per hanc gloſſ. tenet Oldrad.
conſ 14. verſ. & idem in monaſteriis, n. 11. poſſe Mona-
chum infamem eligi in Abbatem, ſed contrarium
merito reſoluit Tambur. de iure Abbatum tom. 1. diſp.....
q. 20. Vnde Regulares pœnitentiati à ſancto Officio ad
dignitates & Prælaturas omnino inhabiles ſunt, etiam-
ſi pœnitentias compleuerint, ſicut à S. D. N. Vrbano
III. deciſum fuiſſe de anno 1626. referunt Laurent.
de Peirinis tom. 2. de priuileg. ſui Ordinis Minimor. in
annot. ad 9. conſtit. Pauli V. & Tambur. d. diſp. 5. q. 21.
num. 17.

### SVMMARIVM.

1 Abbates, ſi fuerint benedicti, & Preſbyteri poſſunt Ordinem clericalem conferre, & n. 2.
3 Abbates quicunque exempti tonſuram, minoréſque Ordines conferre poſſunt Regularibus ſibi ſubditis, in interſtitiiſque cum eis diſpenſare.
4 Abbates non poſſunt promouere perſonas ſæculares habentes literas dimiſſorias ſuorum Epiſcoporum.
5 Abbas vt poſſit minores Ordines conferre tria requiruntur, videlicet, quod ſit Preſbyter, quod benedictionem acceperit, & quod proprio Monacho conferat.
6 Ordo clericalis confertur per primam tonſuram.
8 Prima tonſura eſt Ordo.
9 Primam tonſuram conferre an liceat ſimplici Sacerdoti, oſtenditur.
10 Primæ tonſuræ clericum percutiens eſt excommunicatus, & non niſi à Papa abſolui poteſt.

---

## Cap. Cum contingat. XI.

1 ABbates ſi fuerint benedicti, & Preſbyteri poſſunt
Ordinem clericalem conferre. Colligunt ex Ord.
Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Io. Andr. Imol.
Henric. Hoſt. Innoc. Panor. Butr. Cened. collect. 105. Viu.
in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 301. Alagona in com-
pend. iur. Canon. pag. 106. remiſſiuè Ximen. in concord. p. 1.
& 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 8.
cap. 1.

Licentia ſit vnicuique Abbati, &c.] Notatur ad hoc
2 quod Abbates, ſi fuerint benedicti, & Preſbyteri,
poſſunt minores Ordines conferre, vt per Bellam. hic
q. 1. Card. notab. 1. Abb. n. 2. & Butr. n. 13. Rebuff. in prax.
benef. tit de clericis, & à quibus, & quomodo, &c. n. 24.
Zerol. in praxi Epiſc. p. 1. verbo, Abbas, Nau. conſ. 13.
alias 14. in nouis, n. 3. ſub tit. de priuileg. vbi n. 5. ampliat
ſine Epiſcopi examine, Fr. Emman. in ſumma tom. 2.
c. 14. n. 2. & tom. 1. q Regul. q. 18. art. 1. Azor. inſtit. moral.
p. 2. lib 3. c. 48 quæſt. 15. Flores de Mena variar. lib. 3.
q. 24. plures per Cened. ad Decret. collect. 115. nouiſ-
ſimè Illuſtr. D. Roder. à Cunha, poſt primam huius
libri impreſſionem à me viſum in comment. ad c. 2 n. 5.
diſt. 95. Cæterùm Conc. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 10.
ſic ſtatuit, Abbatibus ac aliis quibuſcunque quantum-
vis exemptis non liceat impoſterum intra fines alicu-
ius diœceſis conſiſtentibus, etiamſi nullius diœceſis, vel
exempti eſſe dicantur, cuiquam, qui regularis ſubditus
ſibi non ſit, tonſuram, vel minores Ordines conferre, non
obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, præſcriptionibus,
aut conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; ſic ibi re-
ferunt Azor. d. q. 15. Quaranta in ſumma Bullarij, ver-
bo, Ordo, verſ. Abbatibus, pag. mihi 501. Ludou. Mi-
randa in man. Prælatorum, tom. 1. quæſt. 38. art. 9. con-
cluſ. 1. Ex quo Concilij loco colliguntur duo. Primum 3
quod Regularibus ſuis ſubditis bene poſſunt Abbates
quicunque exempti tonſuram, minoreſque Ordi-
nes conferre, & tunc ipſi Regulares ſubditi non ab
Epiſcopis, ſed ad Abbatibus examinandi erunt, quia
Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. c. 12. de ſolis Or-
ninibus ſacris intelligendum eſt, ita Nau. d. conſ. 14.
num. 5. quem refero ego ipſe de offic. & poteſt Epiſc.
p. 2. alleg. 2. n. 7. Et ipſis Abbatibus fas eſt cum præ-
dictis ſuis ſubditis in interſtitiis minorum Ordinum
diſpenſare, Hieron. à Sorbo in compendio priuileg.
Mendicant verb. Ordines ſacri, verſ. quando vero Ab-
bates, Ludou. Miranda d. q. 58. art. 7. concl. 3. Secun-
dum eſt quod hoc ipſum non poſſunt facere cum
aliis etiam ſibi ſubditis, & in quos etiam ordinariam
habent iuriſdictionem, Fr. Ludou. Miranda d. q. 38.
artic. 4. concl. 2. Vnde optimo iure decidit Rota apud
Seraphin. dec. 985 p. 1. non licere Abbatibus promo- 4
uere perſonas ſæculares habentes literas dimiſſorias
ſuorum Epiſcoporum, & ideo conſtat longè à verita-
te alienum eſſe, quod aſſerunt Quaranta d. loco,
& Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 12. c. 20. q 7. dum referunt
ipſam ſacram Congregationem cenſuiſſe, huiuſmodi
Abbates Regulares habentes ius Baculum deferendi
& Mitram, poſtquam ſacerdotalem Ordinem, &
munus benedictionis ſuſceperint, poſſe tonſuram, &
minores Ordines ſæcularibus Epiſcopi iuriſdictioni
ſubiectis conferre, ſi modo ipſius Epiſcopi conſenſus
accedat, vel literas dimiſſorias ad recipiendos Ordi-
nes ab Abbatibus conceſſerit, nam huic aſſertæ deci-
ſioni repugnant verba expreſſa Conc. Trid. d. c. 10.
ibi, Non liceat, & ibi, Cuiquam, qui regularis ſubditus
ſibi non ſit; ergo non ad alios etiam ſibi ſubditos, &
in quos ordinariam habet iuriſdictionem extendi de-
bet, & multo minus ad ſubditos alterius habentes li-
teras dimiſſorias ad recipiendos Ordines etiam ab ip-
ſis Abbatibus; nec ex eadem ratione extendi poteſt ad
Regulares non ſibi ſubditos, etiam qui dimiſſorias
ſpeciales ſuorum Superiorum, & ſpecialem conſen-
ſum Epiſcopi loci habuerint, quia nec in hoc caſu aſ-
ſerta deciſio relata per Quarantam, & Azor. locis pro-
ximè citatis, ſtare poteſt, ego enim de illius veritate
iam dubitaui d. alleg. 3. n. 13. & me citato ſequitur hanc
meam ſententiam Hieron. Roder. in compend. q. Regul.
reſol. 1. n. 23.

Dummodo ipſis ab Epiſcopo, &c.] Aduerte tria re- 5
quiri in Abbate volente minores Ordines conferre,
primò quod ſit Preſbyter, ſecundò quod benedictio-
nem

nem acceperit, tertiò quòd proprio Monachò conferat, ex nouiori Conc. Trid. iure, Franc. Marc. Delphin. deciſ. 1082. n. 2. lib. 1. & deciſum refert Piaſec. in praxi noua Epiſc. p. 1. c. 1. n. 6. pag. 20.

6 *A talibus clericalis Ordo confertur.* ] Notatur ad hoc quòd per primam tonſuram clericalis Ordo confertur, vt per Greg. Lop. in procem. tit. 6. p. 1. Cou. in c. quia nos, n. 4. infr. de teſtam. Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo læſis, n. 104. Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 1. n. 1. Illa enim imprimit characterem ſacrum in anima indelebilem. Didac. Sahag. tit. de ſacram. Ordin. n. 11. Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſu 121. n. 11. Torreblanc. in defenſione tract. de Magia, c. 6. num. 35. & ideo efficit verè & realiter clericos. Albert. Trot. de vero & perfecto clerico c. 2. Cou. in c. quia nos num. 4. de teſtam. Nau. in man. c. 22. num. 17. Flamin. Pariſ. de reſignat benef. lib. 4. quæſt. 2. n. 56. Torreblanc. in tract. de Magia, lib. 3. de criminis punit. c. 9. num. 37. ita vt huiuſmodi Tonſurati clericorum appellatione veniant, & gaudeant omnibus priuilegiis & immunitatibus, quæ clericis in ſacris conſtitutis conceduntur, vt reſoluunt per me citati in tract. de appellat. verborum vtriuſque iuris ſignif. appell 51. num. 1. quibus addo Torrebl. d. c. 6. num. 41. & ſic liberantur à poteſtate ſæculari, & in Eccleſiaſtica conſtituuntur Mart. de iuriſd. p. 4. cent. 2. caſu 121 ex num. 11. Ceual. commun. quæſt. 563. num. 6. Torreblanc. d. c. 9. num. 38. ac proinde iuriſdictionem Eccleſiaſticam exercere valent, & vicarios eſſe Epiſcoporum, Seguro Daualos in direct. Inquiſ. p. 1. c. 11. Torreblanc. d. c. 6. num. 59. Vnde ſi dicat Summus Pont. Conferimus tibi beneficium quamprimum fueris charactere clericali inſignitus, ſufficit habere primam tonſuram, vt per Flamin. de reſignat. lib. 6. q. 4. num. 23. & lib. 4. quæſt. 2. num. 56. Clerici enim primæ tonſuræ ſunt capaces ſpiritualium, D. Marta in votis nouiſſimarum deciſ. voto 24. num. 2.

7 In gloſſ. *Abbati.* ibi, *hoc idem poterit electus Abbatem, & confirmatus, ſi Epiſcopus eum differat benedicere.* Dixi ad c. 1. verbo, benedicere fortè renuerit, ſuprà de ſupplenda negl. prælat.

8 In ead. gloſſ. ibi, *quidam dixerunt non eſſe Ordinem, ſed eorum opinio corrigitur.* Notatur ad hoc quòd prima tonſura eſt Ordo, vt per Cou. in d. c. quia nos, n. 4. Greg. in procem. tit. 6. part. 1. Rota Rom. diuerſ. deciſ. 731. n. 5. & 6. part. 1. Piaſec. in praxi noua Epiſc. part. 1. c. 1. n. 3. p. 26 Viuian. in praxi iuriſpatron. part. 2. lib. 6. c. 1. num. 3. Mendez à Caſtro in l. cùm oportet, num. 186 C. de bonis, quæ liber. Cald. Pereira d. verbo, læſis, num. 104. optimè Nicol. Garc. d. c. 1. à num. 1. Torreblanc. in tract. de Magia lib. 3. de criminis punit. c. 9. num. 36. & in defenſione huius tract. c. 6. num. 32. vbi id probat ex multis locis Conc. Trid. videlicet ſeſſ. 21. de reform. c. 1. ibi, quorumcunque Ordinum etiam clericalis Tonſuræ, & ſeſſ. 23. c. 2. ibi, qui iam clericali Tonſura inſigniti, & de reform. c. 10 ibi, Tonſuram, vel minores Ordines conferre. Quicquid alij teneant, & præcipuè Theologi primam tonſuram non eſſe propriè Ordinem, ſed tanquam præambulum, ſeu diſpoſitionem ad Ordines, ſicut nouitiatum ad religionem. D. Thom. part. 3. q. 40. art. 2. Vaſq. tom. 3. diſp. 236. c. 1. num. 9. & diſp. 237. c. 2. Nau. conſ. 11. ſub tit. de temporib. ordin. in antiq. & conſ. 4. ſub tit. de Sacrament. non iter. in nouis, Sayr. in floribus deciſ. ſub. illo titul. de temporib. ordin. deciſ. 14. Bonacina de Sacram. diſp. 8. q. vnic. puncto 1. num. 6. & alij citati à Cened. ad Decretal. collect. 105. num 2. & à Nicol. Garc. d. cap. 1. num. 5.

9 In ead. gloſſ. ibi, *& etiam Preſbytero hoc licet.* Notatur ad hoc quòd ſimplici Sacerdoti licet primam Tonſuram conferre, ſimilis gloſſ. verbo, lectoris in c. quoniam 69. diſt. Archid. in c. pſalmiſta, num. 2. in fine 23. diſt. Innoc. hic num. 1. & Hoſt. num. 2. Vſus tamen Eccleſiæ reſiſtit, & propterea huius gloſſæ, ac cæterorum opinionem non eſſe accipiendam tenet Sot. in 4. ſentent. diſt. 25. q. 1. art. 1. ad 2. arg. quem refero ego ipſe de offic. & poteſtate Epiſcopi, part. 2. alleg. 3. num. 16.

In gloſſ. *Ordo,* vlt. ibi, *ſed nunquid qui tales percutiunt incidunt in Canonem latæ ſententiæ? Dic quòd ſic.* Notatur ad hoc quòd percutiens clericum etiamſi ſit primæ tonſuræ eſt excommunicatus, & nonniſi à Romano Pont. poteſt abſolui, vt per Duen. reg. 99. verſ. amplia 2. Cened. 105. n. 4. 10

*SVMMARIVM.*

1 *Canonicus Regularis ſi fiat Monachus in alio monaſterio, & deinde reuertatur ad ſuum, poteſt creari Abbas.*

2 *Licentiam à ſuo Prælato habens tranſeundi ad aliam religionem, ſi ante profeſſionem vult reuerti, prioris religionis Fratres tenentur eum recipere.*

## Cap. Intelleximus. XII.

CAnonicus Regularis ſi fiat Monachus, & deinde iuſta de cauſa ad canoniam reuerſus, ibi poſtea præficiatur, licitè tenere poterit Prælaturam. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Innocent. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anchar. Hoſt. Butr. Panormitan. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 302. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 107. remiſſiuè Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. Auguſt. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 8. cap. 4. 1

*Ad primam domum redire curaſti.* ] Aduerte quòd habens licentiam à ſuo Prælato tranſeundi ad aliam religionem, ſi non inuenit arctiorem ſe recipientem, aut non potuit ipſius auſteritatem, & rigorem ſuſtinere, vel alia quacumque de cauſa ante profeſſionem vult reuerti, prioris religionis Fratres tenentur eundem recipere, vt per Sylueſt. verbo, religio. 4. q. 5. quem refert, & ſequitur Fr. Lud. Miranda in manuali Prælat. tom. 1. q. 31. art. 18. 2

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinatus ad ſacros Ordines ſine titulo ab Ordinatore iuſtè petit beneficium.*

2 *Epiſcopus tenetur alere clericos in ſacris Ordinibus ab ipſomet ordinatos.*

3 *Epiſcopi tenentur alere ordinatos ſine titulo à ſuis ſucceſſoribus.*

4 *Apponi conſuetum pro appoſito habetur, licèt non ſit expreſſum.*

5 *Ordinibus ſacris initiatus præſumitur habilis, & idoneus ad beneficia ſimplicia.*

6 *Dignus qui reputatur in vna dignitate ſi poſtea eligitur ad alteram ſimilem, etiam tunc dignus debet reputari.*

## Cap. Accepimus. XIII.

ORdinatus in ſacris ſine titulo iuſtè petit vt Epiſcopus ei prouideat de beneficio, & licèt Epiſcopus non deberet excipere contra ordinatum, cùm idoneum illum iudicauerit ordinando, tamen ſi exci- 1

ſpit quando Papa ſimpliciter ſcribit, vt nullum prouideat, exceptiones admittentur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Hoſt. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Imol. Anch. Panorm. Butr. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 303. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 107. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 8. *c.* 3.

2 *Ad prouiſionem eorum compellere.* ] Notatur ad hoc quòd Epiſcopus tenetur alere clericos in ſacris Ordinibus ab ipſo ſine titulo ordinatos, vt per Ant. Burg. *in repet. c. Eccleſiæ S. Mariæ n.*137. *de conſtit.* Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *& ſi impubes n.* 33. *ff. de liber. agnoſc.* Matienſ. *l.* 1. *gloſſ.* 9. *n.* 8. *tit.* 6. *lib.* 5. *nouæ recop.* & alios citatos à Cened. *ad Decretal. collect.* 33. *n.* 1. quibus adde Flamin. *de reſign. lib.* 2. *q.* 6. *n.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. §. 10. *n.* 22. Vgolin. *de offic. & poteſtate Epiſcopi*, *c.* 26. §. 15. latè Nicol. Garc. *de benefic. p.* 2. *c.* 5. *à princ.* quos refero *de officio & poteſtate Epiſc p.* 2. *alleg.* 20. *n.* 4. *cum multis ſeqq.*

3 *Vel prædeceſſoribus tuis.* ] Notatur ad hoc quòd non tantùm Epiſcopi promouentes clericos ad ſacros Ordines ſine titulo tenentur eos alere, ſed etiam ipſis mortuis etiam eorum ſucceſſores, vt per Henriq. *in ſum. lib.* 10. *c.* 1 . §. 4. *in comment lit. F.* Bonac. *Sacram. diſp.* 8. *q. vnic. puncto* 5. *n.* 17. *verſ. reſp.* 2. optimè Campan. *in diuerſorio iuris Canonici*, *rub.* 8. *c.* 5. *n.* 2. vbi dicit quòd ſi Epiſcopus loco renuntiaſſet, quia tranſlatus ad alterius Eccleſiæ regimen fuit: vel ſi loco & dignitati ceſſit, non ad illa conſtringeretur, qui in ordinantis locum potitus fuerit, ſed ipſemet ordinator, quamvis è tali egreſſus loco & Eccleſia, de quo etiam Henriq. *d.* §. 4. & Vgolin. *d.* §. 15. *verſ. ſextò excipitur*, quos refero ego ipſe *d. alleg.* 20. *n.* 33.

4 *Facimus in literis noſtris opponi.* ] Notatur ad hoc quòd habetur pro oppoſito id, quod apponi conſueuit, licèt non ſit expreſſum, vt per Surd. *deciſ.* 223. *n.* 9. & 10.

5 *Quod ab obtinendum Eccleſiaſticum beneficium*, &c. ] Notatur ad hoc quòd eo ipſo quòd aliquis ſit admiſſus & ordinatus ſacris Ordinibus, præſumitur habilis & idoneus ad beneficia ſimplicia, itavt nouo examine opus non ſit, ita Hoſt. *n.* 15. Ioan. Andr. *n.* 13. Abb. *n.* 3. & 6. idem Abb. *in c. fin. n.* 5. & 6. vbi etiam Felin. *n.* 1. *in fine*, *de præſumpt.* Caputaq. *deciſ.* 367. *n.* 2. Rota *deciſ.* 16. *num.* 1. *part.* 2. *diuerſ* Boër. *deciſ.* 149. *n.* 16. Rebuff. *in praxi benef. tit. de reſcript. in forma communi pauperum*, *n.* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloſſ.* 4. *n.* 84. Bellet. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit. de diſciplina clericali*, §. 4. *num.* 43.

6 In gloſſ. *Reputare*, ibi, *Not. quòd qui reputatur dignus in vna dignitate, ſi poſtea eligitur ad alteram, etiam tunc dignus debet reputari.* Vide Caputaq. *deciſ.* 367. *lib.* 2. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.* 419. *in* 1. *edit. & reſol.* 356 *in* 2. *edit.* Campan. *in diuerſorio iuris Canonici*, *rub.* 5. *c.* 3. *num.* 8. *prope fin.* quos refero ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi*, *part.* 3. *alleg.* 60. *n.* 89. vbi cum Campan. *d. loco*, & Seraphin. *deciſ.* 1323. aduerto de iure communi examinatum ad vnum beneficium non eſſe iterum examinandum ad aliud ſimile, quod & Curiæ ſtylus comprobat, ſed inſpecta Concilij Tridentini diſpoſitione examini ſemper eſſe ſubiiciendum, quod in partibus, vel vbi per concurſum examen fit, locum habere dicendum eſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Idoneus qui non fuerit in Sacerdotem promoueri, vel ad regimen animarum, aſſumi non debet.*
2 *Scientiæ defectus impedit ordinari.*
3 *Miniſtros paucos bonos, quàm multos malos habere ſanctius eſt.*
4 *Animæ ſunt pretioſiores omnibus aliis rebus, & corporibus.*

---

## Cap. Cùm ſit ars artium. XIV.

Epiſcopus per ſe vel alios diligenter inſtruere & informare debet promouendos in Sacerdotium ſuper diuinis Officiis, & ſacramentis ritè miniſtrandis, & ſi præſumpſerit ordinare ignaros, & rudes, ordinati & ordinantes grauiter punientur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anchar. Hoſtienſ. Butr. Panormit. Innoc. Viuian. *in rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 304. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.* 107. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit* 8. *c* 4. 1

2 *Rudes, & ignaros ordinare præſumpſerint*, &c. ] Notatur ad hoc quòd defectus ſcientiæ impedit ordinari, vt per Henriq. *in ſum. lib.* 14. *c* 8 § 11. *verſ. defectus*, iuſtum enim eſt vt præficiendi in Eccleſia ſint literati, Gig. *conſ.* 3. *ex n.* 15. & *conſ.* 144. *n.* 1. Hippol. Marſil. de Columna *de Eccleſ. red. orig. p.* 2. *c.* 19. *in princ.* Hojed. *de incompat. benef. p.* 1. *c.* 24. ex *n.* 28. Lambertin. *de iurepatron. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 5. *art.* 11 ex *n.* 5. *in fine*, Petr. Rebuff. *in c. poſtulaſtis*, *de cler. excom. miniſt.* ex *num* 33. Azeued. *l.* 31. *n.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ recop.* Cened. *ad Decret. collect.* 56 *n.* 4. in ea dicuntur radiis Solis, & Stellæ, *Auth. habita*, & *ibi* Bald. *num.* 22 *C ne filius pro patre*, Mandoſ. *in reg.* 16. *Cancel. q.* 15. *n.* 5.

3 *Sanctius enim eſt paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros.* ] Vide Daniel. Venat. *in analyſi methodica iuris Pontificij*, *lib.* 1. *tit.* 14. *axiom.* 3. Bellet. *diſquiſit. cleric. p* 1. *tit. de diſciplina cleric.* §. 15. *n.* 36.

4 In gloſſ. *Ars artium.* ibi; *quia animæ ſunt pretioſiores omnibus aliis rebus, & corporibus.* Vide Cardoſum *in praxi iudicum, & Aduocatorum*, *verbo*, *anima* 1. Tiraq. *de pia cauſa in præfat. n.* 9. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 152. *n.* 4. Surd. *deciſ.* 196. *n.* 12. Maſcard. *de probat. concl.* 1171. *n.* 5. Guttier. *in repet. l. nemo poteſt ff. de legatis* 1. *n.* 46. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom* 2. *l.* 13. *tit.* 28. *n.* 10. Card. Tuſch. *tom.* 2. *lit. A. concl.* 333. & citatos per me *Axiom.* 26. *n.* 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Scientiæ defectus deiicit iam promotum.*
2 *Scientiæ defectus præſtat iuſtam cauſam deponendi quem ab Epiſcopatu.*
3 *Illiterato omnino facta collatio non valet.*
4 *Illiterati ſunt incapaces beneficiorum.*
5 *Illiteratus dicitur, qui prima Grammaticæ rudimenta non didicit.*

---

## Cap. Quamvis. XV. & fin.

Scientiæ ob defectum Epiſcopus iam promotus amouetur ab executione Pontificalium, & ab adminiſtratione Eccleſiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq.

antiq.Zabar.Collect.Bellam. Ioan. Andr.Innoc.Imola, Panorm.Hoſt.Anch.Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontif. pag.*305.Alagona *in compend iur.Canon. pag.*107. remiſſiuè Ximen. *in concord part.*1.

2 Probat hic text. defectum ſcientiæ præſtare legitimam cauſam deponendi quem ab Epiſcopatu, vt per Abb. *hic num.*1. Flamin. *de reſignat. lib.*5. *q.*3. *n.*85. vbi *n.*86. dicit illiteratum quem ex eo probari, quia nunquam legit librum, non intrauit ſcholas, nec aliquem Doctorem audiuit.

3 Notatur etiam ad hoc quòd collatio beneficii non valet, quando fit ei, qui eſt omnino illiteratus, poſt Innoc.& Felin.tenet Flamin.*d q.*3 *num.*90. Menoch.*de arbitr. caſu* 425.Azor.*inſtit.moral.p.*2.*lib.*6.*c.*6.*q.*7.Valer. Reginald.*in praxi fori pœnitent. lib.*30.*tract.*3.*num* 169. Leſſ.*de iuſtit.lib* 2 *c.*34.*n.*129.Campan.*in diuerſorio iuris Canonici, rubr.*11.*c.*14.*n.*5. Nicol.Garc.*de benefic.part.*7. *c.*7.*n.* 12. & alij citati per me *de offic. & poteſt. Epiſc. p.*3.*alleg.*63.*n.*1.& Carol.de Graſſis *de effectibus clerical.*
4 *in prælud. n.*71. Illiterati enim ſunt incapaces beneficiorum, *cap. illiteratus* 37. *diſt. cap. pœnitentes* 55. *diſt.* Flam.*d.q.*3.*n.*25. Carol. de Graſſis *d. prælud. n.*72. quia ſunt irregulares itavt inter irregularitates connumeretur hæc ex defectu illiteraturæ, Flamin. *d. q.*3. *n.*89. Gonzal.*ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 4. *num.*41. Nicol. Garc. *d. c.*7. *n.*19. & alij citati per me *d.tract.part.*2 *alleg.*46. *n.*10.Et hic defectus eſt omnino indiſpenſabilis, Rebuff.*de pacific.poſſeſſ num.* 264. Flamin. *lib* 4. *q.*4. *num.* 2. cùm literatura de iure Diuino requiratur, Azor. *de part* 2 *lib.*6. *c* 6 *q* 4. Flamin.*d.lib.*4.*q.*4.*num* 7. Carol. de Graſſis *in d.prælud.n.*64.& alij citati per me *d. alleg.*36. *num.*12.

5 *Nunquam de Grammatica didiciſſe*, &c.] Ideo illiteratus dicitur qui prima Grammaticæ rudimenta non didicit, Flamin.*d.lib.*4.*q.*4.*à num* 2. *& lib.*5.*q* 3.*à n.*70. Carol.de Graſſis *in d. prælud. n.*237 *& ſeq.* Campan. *in diuerſor. iuris Canon. rub.*5. *c.* 5.*n.*2.

6 In gloſſ. *Defectus*, ibi, *defectus ſcientiæ ſufficit ad cedendum.* Dixi *ad c. niſi cùm pridem, ſup. de renunc. ſuper verbo, pro defectu quoque ſcientiæ.*

## *De Sacra Vnctione.*

## Tit. XV.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Butr. Panorm. Anchar. Ioan. de Londris *in breuiario ſanctorum Canonum, fol.* 164. *verſ.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici,* Guillelm. Durand. Specul. *in breuiario aureo iuris Canon.* Martin. Meſnartius *in epitome Decret. fol.* 20. *verſo,* Daniel Venator *in analyſi methodica iuris Pontificij, pag.* 71. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma huius tit.* Alex.Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Petr. Alphonſ.de Vaſconcel. *in harmonia rubr. iuris Canonici*, Barthol. Carthag. *in expoſit. titulorum iur. Canon.* Ioan. Honor. *lib.* 1. *ſumma in Decretal.* omnes *ſub hoc tit.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus cùm conſecratur manus, & caput illius inunguntur Chriſmate confecto ex oleo, & balſamo, quod ſi fuerit prætermiſſum, eſt per tres Epiſcopos ſupplendum.*
2 *Doctores referuntur de Sacramento Extremæ-Vnctionis agentes.*
3 *Vnctionis Extremæ proprius miniſter eſt Sacerdos.*
4 *Regulares Sacerdotes, qui laicis Sacramentum Extremæ-Vnctionis ſine proprij Preſbyteri licentia miniſtrauerit, excommunicationem reſeruatam Sedi Apoſtolicæ ipſo facto incurrunt.*
5 *Oleum ab Epiſcopo benedictum eſt materia remota Sacramenti Extremæ-Vnctionis.*
6 *Oleum infirmorum an poſſit benedici à ſimplici Sacerdote de licentia Papæ, remiſſiuè.*
7 *Vnctionis Extremæ Sacramentum quibus conferendum, oſtenditur.*
8 *Reges Chriſtiani, quibus olim conceſſum fuit ius vngendi qui fuerint, remiſſiuè.*
9 *Vnctio Principis à capite ad brachium fiebat.*
10 *Oleum quo Imperatores, & Reges inunguntur, quale ſit oſtenditur.*
11 *Doctores referuntur de Sacramento Confirmationis agentes.*
12 *Confirmationis Sacramenti miniſter ordinarius eſt ſolus Epiſcopus ordinatus, qui validè miniſtrat, quamvis excommunicatus, hæreticus, vel degradatus.*
13 *Epiſcopi aliquando dicuntur ſummi Sacerdotes.*
14 *Baculo cur Romanus Pont. non vtatur, oſtenditur,* & num. 15.

---

## Cap. Cùm veniſſet, vnica.

## *Gregor. III.*

EPiſcopus cùm conſecratur manus & caput illius 1
inunguntur Chriſmate confecto ex oleo & balſamo, quòd ſi id fuerit prætermiſſum, eſt ſupplendum per tres Epiſcopos. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel.Collect.Anch.Bellam.Ioan.Andr.Imol.Innoc. Butr. Panorm. Viu. *in rationali primi libri iuris Pontific. pag.*309. Alagon.*in compend. iuris Can. pag.*101.remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1.*&* 2.refertur ab Ant. Aug. *collect.*4. *Decret.lib.*1.*tit.*11.*cap.vnic.*

*De prima Iacobus Apoſt.* &c.] De Sacramento Ex- 2
tremæ-Vnctionis vide Concil. Trid. *ſeſſ.* 14. *de Sacramento Extremæ-Vnctionis*, Galet.*in margarita caſuum conſcientiæ, eod. verbo*, Viuald. *in candelabro aureo de Sacramentis, tit.de Extrem. Vnctione*, Petr.Ledeſm.*in ſum.p.*1. *tract.de Sacrament.Extremæ-Vnctionis*, Gabr.Vaſq.*in* 3.*p. D.Thom.tom.*2.*diſp.*135. Valentia *tom.* 4. *diſp.*8. Card. Bellarm.*in controuerſiis fidei Catholicæ tom.*3.*de Sacramento Extremæ-Vnctionis lib. vnic.* Iacob. de Graſſis *tom* 1. *conſiliorum, lib.*1.*tit.de Sacra Vnction.* Ægid.Coninch.*de Sacramentis, tom.*1.*diſp.*19. Fr.Emman.*quæſt.Regul.tom.*3. *q.*79.*art.*1.*cum duobus ſeqq.* Soar.*tom.*4. *diſp.*39 Balduin. iun.*ſuper opera controu.Bellarmini, p.*2.*lib.*6.*c.*1.*cum ſeqq.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*28. *n.*40. *cum ſeqq.* Barth.ab Angelo *dialogo* 3 §.88.*& ſeqq.* Franciſc. Pitigian. *diſt.*23.*quæſt vnic.* Nald.*verbo, Extrema-Vnctio*, Ludouic.Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 1 *q.* 49. Bonac. *de Sacrament. diſp.* 7. Poſſeuin. *de officio Curati, cap.* 9.

*Inducat Preſbyteros Eccleſiæ*] Notatur ad hoc quòd 3
proprius miniſter Sacramenti Extremæ-Vnctionis eſt Sacerdos, Concil.Trident.*ſeſſ.* 14. *de Extrema-Vnction. c.*3. Petr.de Ledeſma *in ſumm. p.*1. *tract.de Sacrament. Extremæ-Vnction.c.*5. Sayr.*de Sacram in genere, lib.*2 *c.*2. *q.*3. *art.*2. *verſ.de Sacramentis*, Fr.Emman. *quæſt.Regul. tom.*3 *quæſt.*79 *art.*1. Soar. *tom.*4.*diſp* 43. *ſect.*1. *num* 5. Card.Bellarm. *tom.*3.*de Extrema-Vnction.c* 9 *in princ.* Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.*1 *q.*49.

*art.*1.